

1563. 5. Decemb.

401  
E. Epist. Sig. Aug. inpr. Lipsiae.

Regi Daniae.

Ut Ducis Finlandiae sive capti, sive bombardae ictu  
caesi, ejusque uxoris causam agat, sibi que eas ob  
res consilium impertiat, rogat.

136  
Serenissime Princeps &c. Antea ex rumoribus, nunc  
autem ex litteris Serenitatis Vestrae intelligimus, Illu-  
strum Principem Dominum Joannem Finlandiae Ducem,  
Affinem nostrum charissimum, a Fratre Svecorum  
Rege captum, et in custodiam abductum esse, Illustri-  
simam autem Sororem nostram, conjugem ipsius, at  
que omnis fortunae participem, in lectu quoque ac ma-  
nore apud Regem illum esse. Quodsi praeterea quemad-  
modum alii quoque nobis nuntiant, Dux ipse Finlan-  
diae ex ictu globi bombardii occubuit, Sororemque  
nostram viduam reliquit, intelligit Serenitas Vestra, quan-  
to hunc luctum ac merorem ipsius morte mariti ad-  
auctum esse oportuit. Quae ex re quantum etiam ad  
nos ipsos redundet doloris, tum et advenis ipsis Sororis  
que Affinisque nostri casibus, tum et inhumanitate hac  
tanta Svecorum Regis, Serenitatem Vestram, pro sua  
prudencia, intelligere arbitramur. Augeatur autem quoque  
hic dolor noster ex eo magis, quod cum Sororis,  
huius Affinisque nostri causa, omnia facere cupiamus, in  
eius tamen hominis potestate eos esse videmus, cui  
nos scribere, neque propter inimicitias, quas cum illo, inju-  
ris, ut scit Serenitas Vestra, provocati exeremus, debemus,  
neque propter ipsius intolerabilem superbiam, induerem  
animum possumus. Quamobrem a Serenitate Vestra pro  
magna nostra tum veteri cum Rege Serenitatis Vestrae,  
tum recenti hac quoque cum ipsa Serenitate Vestra con-  
junctione

1203  
1563

junctione petimus, ut nobis consilium suum, quid porro  
faciendum nobis esse in hoc genere existimet, impertiat, cau-  
samque Sororis, et si vivit, ipsius etiam affinis nostri, vel  
nostra saltem causa adjuvet, neque permittat, ut Suecus  
ad veteres injurias, hanc etiam nobis apponat novam, ut  
sicut antea pedem in possessiones nostras contra omne  
jus inferebat, ita nunc propinquis affinibusque nostris ma-  
nus violentas adferre videatur. Erit nobis officium hoc Se-  
veritatis Vestrae quam gratissimum, quam bene valere  
cupimus, cuique benevolentiam nostram etiam atque eti-  
am commendamus. Datum Varaviae, V. Decembris.